Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

largire xpe labia diserta quae te benedicant &
magnificent ⁊ predicent · & cũ tremore & exulta
tione te semp adorent · ⁊ aures internas quae no
men tuum & legem tuã ⁊ uerba tua audiant · &
oculos humiles qui te uideant · sensũ qui te sentiat ·
intellectũ qui te intellegat · ⁊ animũ qui te semp
cogitet ⁊ diligat · & non ueniat mihi pes supbiae ·
& manus peccatoris non moueat me · non habitet
in me castrimargia · & non inquinet me fornicatio ·
ñ gubernet me uana gloria · non obducat filar
gyria · ñ dilaniet me ira · non mortificet me tristi
cia · non euacuet me accidia · ñ humiliet me eno
doxia · non destruat me supbia · sed largire clemes
trinitas abstinentiã mihi · & castitatẽ · ⁊ mansue
tudinẽ · largitatẽ · pietatẽ · ⁊ quietem misediam ·
lenitatẽ · indulgentiam · humilitatẽ · benignitatẽ ·
hilaritatem · patientiam · modestiam · sinceritatẽ ·
miserere mihi dne miserere mihi · de preteritis ue